

qualiscunque sit hæc multiplicatio, vtrunque ab vtroque; vel vnà deficiunt, vel vnà æqualia sunt, vel vnà excedunt; si ea sumantur, quæ inter se respondent.

7.

Eandem autem proportionem habentes magnitudines, proportionales vocentur.

8.

Cùm verò æquè multiplicium, multiplex primæ magnitudinis excefferit multiplicè secundæ; at multiplex tertiæ non excefferit multiplicem quartæ: tunc prima ad secundam, maiorem proportionem habere dicitur, quàm tertia ad quartam.

9.

Proportionalitas autem in tribus terminis paucissimis consistit.

10.

Cùm autem tres magnitudines proportionales, fuerint, prima ad tertiam, duplicatam proportionem habere dicitur eius, quam habet ad secundam. At cùm quatuor magnitudines proportionales fuerint, prima ad quartam, triplicatam proportionem habere dicitur eius, quam habet ad secundam: & semper deinceps, vno amplius, quamdiu proportio extiterit.

II.

Homologæ, seu similes proportionem magnitudines dicuntur, antecedentes quidem ante-

ante-